Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



61

confixos per ordinem ad inuicem per circuitum
respicientes. & per eos deauratq uectes inmissi:
uno quoq: habente magnitudinem cubitorum
quinque / erantq: ad coniunctionem tabularu.
Intrabatq; caput uectis uniuscuiusq: in alio
uectis capite uelut in modum chochi, & post
tergum pariter in longitudine positorum:
unus erat ordo per tabulas omnes uadens: quo
per uncinos utriusq: pariter latera continebantur
in castrationib; factis & inmissis ad in
uicem. Quod propterea sic exquisitum est ut neq;
auenti moueretur: neq: alia causa tabernacu
lum conturbaret: sed in mobile securaq; quiete
seruaretur. Haec de litterae textu Iosephus;
Verum iuxta allegoricae sensus: occidentalis plaga
quae utrumq: in se pariter recipient: aedifi
cium tabernaculi consummat: recte ad imple
tionem totius scae uniuersalis ecclesiae: quae
cum fine huius mundi perficitur designat.
Ad quam usq; fides & operatio recta utriusq;
populi perseuerabitur: quasi gemini longitudo
pariter pertingit. Neq: enim credibile est:
uel ante tempus dominicae incarnationis
umquam defuisse qui ex gentibus crederent: